ELEMENTA
JURIS CIVILIS
ſecundum ordinem
PANDECTARUM,
Commoda Auditoribus Methodo

ADORNATA

A JO. GOTTL. HEINECCIO
JC. Conſiliario Aulæ Regiæ Pruſſicæ,
antehac in Academiis Halenſi & Friſica
Anteceſſore, jam in illuſtri Viadrina
Pand. & Philoſ. Mor. & Rat. Prof. Ord.

TOMUS PRIMUS.

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.
MDCCXXXVII.

Superiorum Permiſſu, ac Privilegiis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

Viro Illuſtri atque Excellentiſſimo

JO: PETRO A LUDEWIG,

J C. CELEBERRIMO,
Pot. Pruſſorum Regi a Conſiliis Secretioribus, Academiæ Halenſis Cancellario, & Jurium ac Hiſtoriarum Profeſſori eximio, Dynaſtæ in Bendorf & Graterſted.

S. P. D.

JO: GOTTL. HEINECCIUS.

JAm pridem TIBI hoc officium debeo, VIR ILLUSTRIS, ut quanti præclara TUA, quæ in utramque rempublicam exſtant merita, quanti inuſitatam, qua polles eruditionem, ac ſinceram in primis amicitiam, qua raro exemplo & abſentem me proſequutus es, & faciam, & facturus ſim perpetuo, publico quodam monimento teſtarer. Quemadmodum enim ex priſtinæ conſuetudinis noſtræ memoria incredibilem capio voluptatem, neque unquam iſtius temporis ſine oblectatione recordor, quo TE collegam ſalutare, & non modo amore ac conſiliis TUIS, ſed & aliquando bibliotheca illa locupletiſſima, & quæ jam pri-

ELEMENTA JURIS ſecundum ordinem PANDECTARUM.

PARS PRIMA, ſeu ΠΡΩΤΑ.

LIBER PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE JUSTITIA & JURE.

§. I.

Juriſprudentiæ finis & objectum.

JUriſprudentiam tradituris merito a fine, ad quem comparata eſt, objectoque, in quo verſatur, auſpicandum videtur. Quum itaque JUSTITIÆ fruendæ cauſſa reperta ſit juriſprudentia, hæc autem in JURE interpretando adplicandoque verſetur; appoſite ſane JUSTINIANUS προλεγόμενα quædam